

Concilio testimonium venerationis altissimum, filialis affectus, plena et integra submissionis ex animo et adprecetur benedictionem apostolicam in Concilium eiusdemque labores.

Proponentibus Illustrissimis et Reverendissimis Archiepiscopis Endovico-Nathano Begin Quebecensi, et Paulo Bruchési Marianopolitano, Patres concilio nominaverunt ut secretarios suae congregationis Illustrissimos et Reverendissimos Josephum-Alfridum Archambault episcopum Joliettensem, et Alexandrum McDonald episcopum Victoriensem. Iubente Excellentia Sua Reverendissima, secretarii postea legerunt non inna synodalium et textum Manualis practici Concilii Plenarii Canadensis primi. Interim Excellentissimus Praeses notam fecit augusto coetui epistolam quandam Illustrissimi et Reverendissimi Dowling episcopi Hamiltonensis qui, mala valetudine impeditus quoniam concilio intersit, orat ut representari sibi liceat per procuratorem Admodum Reverendum Dominum Joannem-M. Mahoney; quod Patres Concilio ratum habuerunt, sicut et electionem Admodum Reverendi Patris E. M. Jodan, Oblati Mariae Immacolatae, ut vices gerat Illustrissimi et Reverendissimi Domini Breynat, Vicarii Apostolici Districtus Mackenzie, quem et rerum adjuncta procul a Concilio detinent. Tandem approbavere Patres ut Reverendissimus Pater Grand, superior provincialis Patrum Sancti Basilii in Torontina Diocesi, representetur in Concilio a Reverendo Patre Feely, Reverendus canonicus Gaspardus Dauth admissus est ad Synodum ut Vicesgerens Rectoris in Universitate Lavalensi Marianopoli.

Tum Patres nominaverunt

1^a Commissionem "iudicium excusationum et causarum", constantem ex Illustrissimis et Reverendissimis Archiepiscopo Marianopolitano, Episcopis Chicoutimiensi, Sherbrookensi, Chathamensi, Sancta-Maria Ormensis.

2^a Commissionem "ad novas materias" constantem ex Illustrissimis et Reverendissimis Archiepiscopo Torontino, Episcopis Campvalliensi, Sancti-Alberti, Joliettensi, Victoriensi.

3^a Promotores Concilii: Reverendissimos Cyrillum-Alfridum Marois, Protonotarium Apostolicum, Vicarium generalem Quebec-